



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd rursus Romam, sub Gottis cum fuisset, Belissarius iterum in
libertatem asserunt. Capvt XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGR. HISTORIAE

mam obsidentibus, Belissarius, quoniam Siluerium Pontificem suspectum habebat de prodicione, eum in Graciam relegauit, Vigiliumque constituit Pontificem.

Quod Eruli qui dicuntur, Iustiniani temporibus Christi fide initiati sunt.

CAPVT XIX.

Eisdem temporibus, uti idem scribit Procopius, Erulos, qui tempore, quo Anastasius Romanum rexit imperium, Danubium traiecerunt, à Iustiniano benigne & humanitus tractatos, & magna pecuniæ vi ab eodem donatos, omnes ad vnum religionem Christianam receperunt, agrestemque vitæ consuetudinem, ad mansuetiorem ciuilioremque commutasse.

Quod rursus Romam, sub Gottis cum fuisset, Belissarius iterum in libertatem asseruit.

CAPVT XX.

Narrat porrò idem author, Belissarium rediisse Constantinopolim, & Vittigem cum spolijs Roma secum deportatis eò deduxisse, Totilamque Romano potitum imperio, & urbem rursus in Gotthorum venisse potestatem: quinetiam Belissarium secundò in Italiam profectum, Romam recuperasse, eundemque, bello cum Medis suscepto, ab imperatore Constantinopolim iterum accersitum.

Quod etiam Abasgi iisdem temporibus Christiana fidei mysterijs imbuti sunt.

Caput XXI.

Memorat præterea idem Scriptor Abasgos ad mitius humaniusque vitæ genus traductos, eisdem temporibus fidem Christianam receperunt: Iustinianumque Imperatoré, quendam ex Eunuchis aulicis, Abasgū genere, nomine autem Euphratam ad eos misisse, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente, quasi vi illata naturæ, testiculi exciderentur. Nam qui cubiculis Imperatorum inseruiebant, quos vulgò vocant eunuchos, sæpe ex ea gente sumi consueuerunt. Per idem tēpus Iustinianus, templo Deiparæ apud Abas-